

1. Iusti iudicem non timent. 2. Contra vim mortis non est medicamen in hortis. 3. Auctoritate regia monasterio villas cum iuribus et libertatibus donamus. 4. Statim post Ottacari mortem marchio Otto cognomine Longus cum militibus suis in Bohemiam properabat. 5. Temporibus regis Caroli in civitatem Pragam multi homines de diversis regni partibus veniebant. 6. Scire leges non est verba legum tenere sed vim ac mentem. 7. Praefatus sacerdos Iohannes in suis ad populum sermonibus regem acriter impugnabat. 8. Multa posse non semper prodest.